



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Sect[a]e negant se in odio aut extra vnitatem Ecclesiæ esse. tit. 188

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

TITVLVS CLXXXVIII. 445

se cum sibi adhærentibus esse Ecclesiam &c. Sed hoc  
est opus totius Ecclesiæ, illa mandatum habet vt  
probet spiritus, i. Ioan. 4. vt denuociet ouibus pijs  
morbidas oues. Audire debemus Ecclesiam Matt. 18.

Augustinus super Ioannem capit. 8. Omnis hære-  
ticus prædicat Christum, vt Arrius, Sabellius, Nesto-  
rus, Donatus, &c. sed qualem sibi fingit &c. non vt  
veritas habet, Ided non sufficit prædicare, sacramen-  
ta administrare, &c. Exigitur quoquè vnitas catho-  
lica, & superiorum obedientia.

SECTAE NEGANT SE IN

odio aut extra vnitatē Ecclesiæ esse.

TITVLVS CLXXXIX.

**P**rimò, hoc ab initio fuit excusatio se-  
ctariorum, quò omnia quæ faciunt,  
amore iustitiæ & veritatis faciunt. No-  
lunt recessisse ab vnitatē ecclesiæ, sed ab  
abusibus & peccatis Papistarum. Nul-  
lum habent odium ad aliquem, sed ipsi sunt Eccle-  
siæ, & qui cum illis sctiunt. Augustinus super Episto-  
lam Ioan. Si non habetis odium, ergò estis veri Chri-  
stiani, sed quid faciunt in vna ciuitate diuersæ Ecce-  
siæ, diuersa altaria, diuersæ cõciones? vndè veniunt  
tam detractioes & persecutiones, nõ vos excusare  
potestis, quando nec oculis fauetis ortho-  
doxis, sed signo Cain signati estis, Genes. 4. & in via il-  
lus inceditis. Tales in errore Balaã mercede effusi  
sunt, & in contradicitione Chore perièrunt, Num.  
25. & 16. vt ait Iudas Thaddæus in sua canonica.

Secundò inquit Augustinus Epistola 50, Si reces-  
sistis ab vnitatē Ecclesiæ propter abusus & vitia:  
quæro, num & vos ipsos reputatis pro peccatori-  
bus? si non, tunc arguit vos Apostolus Ioannes i. Io-  
han. 1. Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, &c.  
si autè fatemini vos quoq; peccatores, vt estis, nam

F F f oratis

oratis etiam vobis dimitti peccata, Matth. 6. Si ergo vosmet peccatores, cur & fugitis peccatores vniuersi rumpitis? Ideo filij estis superbi Pharisei, qui dicitis Non sum sicuti caeteri homines, Luc. 18.

At dicunt: Omnia habemus, sacramenta, Spiritum sanctum & ipsius dona, eruditionem, interpretationem, &c. ad quid curemus vniionem catholicam? Augustinus Epist. vt supra: Habetis sacramenta, scilicet sed sine vtilitate. Medicina sunt sine sanitate. Membra sana sunt, sed cor languidum. Nec omnia habetis, et si sacramenta & fidem habetis, quia charitatem non habetis, sine qua omnia non profunt, 1. Cor. 13. Habetis dona spiritus, 1. Cor. 12. gratiam, sanitatem, donum linguarum, &c. haec quoque Turcis & infidelibus dantur, sed Spiritum sanctum habetis tanquam motorem, sed non tanquam inhabitatorem, sic enim mouit linguam asinae, Num. 22. sed non inhabitat: sic mouit linguam Caiphæ, quum esset pōtifex, Matth. 11. sed nō habitauit in eo. Sic verum à quo unquam prolatum, à Spiritu sancto est tanquam motore, sed non semper hic inhabitat Spiritus sanctus.

Tertiò inquit: nos pacem quærimus, vos sanguinem nostrum sititis. Augustin. libr. 2. contra Pelagianum capit. 70. Si ergo pacem quæritis, vniuersalem ecclesiam agnoscite, quæ est extēsa per totum orbem: in illa est pax Christus, Eph. 2 qui fecit ex vniuerso populo vnam Ecclesiam, vos autem ex vna Ecclesia facitis duas, & sicut filius ancillæ persequeretur filium liberæ, Galat. 4: Neque sitimus sanguinem vestrum, sed vnitatem, vt nobiscum sitis in fidei & dilectionis vnitatem copulati, vt saluemini. Nemo sicut sanguinem vestrum. Item obijciunt sectæ, Vos laboratis apud Imperatorem & magistratum extinguere nos & verbum Dei & veros ministros. Respondeo ex Epistola 164. August. Vos sectarij verum facite iudicium, an schisma sit peccatum, nec ne: si dicitis non, recusat

mat scriptura 1. Corint. 1. Num. 16. Galat. 5. Si autem  
 conceditis peccatum, meritò vos punit Cæsar, qui  
 non frustra defert gladium, &cæt. Roman. 13. E di-  
 uerso laborant porius sectæ, vt catholicum ver-  
 um eradicetur &c.

*QVOD NON CATHOLICI,*

*sed schismatici sint lupi.*

TITVLVS CLXXXIX.

**R**imò, Augustinus lib. 2. contra literas  
 Petiliani, cap. 83. & 73. Vos schismatici  
 dicitis nos catholicos lupos, & hoc in-  
 iuste: nos verò vos meritò vocamus lu-  
 pos: nostram partem probare possu-  
 mus scriptura, vos autem non potestis probare. Nos  
 audimus Christi vocem, sicut ait Ioann. 10. Oues  
 mee vocem meam audiunt & sequuntur, at Christus  
 dicit, Ecclesiam suam diffusam per totum orbem,  
 Luc. 24. prædicari pœnitentiam &c. inter omnes gen-  
 tes, & Mar. vlt. Ite in mundum vniuersum. Hanc vni-  
 uersalem Ecclesiam agnoscimus & audimus, & idè  
 oves Christi nos sumus, quia vocem Dei audimus:  
 vos autem non agnoscitis Ecclesiam vniuersalem,  
 nec illam congregatis, sed more luporum disper-  
 gitis, & rapitis oues, sicut Christus dicit, Lupus ra-  
 pis & dispergit. Nos vnã fouemus Ecclesiam: vos  
 ex vna facitis plures Ecclesias, id est, sectas. Vos estis  
 ceteris sanctiores in pelle ouina, sed tamè lupinos  
 vos habere dentes vestrìs conuicijs ostenditis. Vos  
 matuo diuisi nō habetis Ecclesiam &c. Subinde vos  
 esse oves Christi nulla scriptura probare potestis,  
 oues veræ in ouili sepatiuntur reperiri. Ioann. 10.  
 vnũ ouile & vnus pastor. & si dicitur: Credimus  
 Christum pro nobis natum & passum, nostrum pa-  
 store, &c? Respōdeo si hoc sufficeret ad vnitatē eccle-  
 siæ & salutē, in vno articulo fidei consentire cum ca-  
 tholicis